Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



scriptu in frontibus suis Aliud Hi sunt qui cum mulieribus
non sunt coinquinati virgines enim sunt et sequuntur agnum quocumque
ierit Aliud Hi empti sunt ex hominibus primitiae deo et agno
et in ore ipsorum non est inventus mendacium sine macula sunt
ante thronum dei Aliud Iudium numum signatorum centum
quadraginta quatuor milia signati ex omni tribu filiorum
israel Aliud Cantabant sancti canticum novum dicentes magna
et mirabilia opera tua domine deus omnipotens iuste et uere iuste tue
rex seculorum Oratio Christus cuius hodierna die pretermiti
Innocentes martires non loquendo sed morendo confessi sunt.
omnia in nobis iniquorum mala mortifica. ut fide tua quam
lingua nostra loquitur et tua moribus uita fateatur. Per. Alia
Deus qui licet sis magnus in magnis mirabilia tamen
gloriosius operatus es in minimis. da nobis quos in eorum celebritate
gaudere. qui filio tuo domino nostro Iesu xpo testimonium
prebuerunt etiam non loquentes. per eundem. Alia oratio
Oramus quesumus omnipotens deus. ut et hi martires tui pro nobis interuenian
t quorum prior est confessio quam loquela. Per. Dominica
Quanto tempore heres infra octauas nativitatis ca
parvulus est nichil differt a seruo cum sit dominus om
nium sed subditur tutoribus et actoribus est usque ad prefinitum tempus a pre
Ubi venit plenitudo temporis misit deus filium suum natum
ex muliere factum sub lege ut eos qui sub lege erant Aliud
redimeret. ut adoptionem filiorum dei percipiamus.
Quoniam estis filii dei misit deus spiritum filii sui in corda Aliud
vestra clamantem abba pater Oratio Omnipotens sempiterne deus
dirige actus nostros in beneplacito tuo ut in nomine dilecti
filii tui mereamur bonis operibus habundare. per eundem.
Ad Sancto Thoma xpo et martire cantuariensi Oratio